

Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 07 : De Medea

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[68\] : De Medea](#)

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VI

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - VI, 07 : De Medea](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 08 : De Medee](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 07 : De Medée](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Francfort, 1581 - VI, 07 : De Medea, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 15/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/5982>

Copier

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 577-590

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Médée](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

quia attonitorum & dementium nullus est usus, cum Vlysses contra mente praeditus ac prudens cum illa assidue versaretur. Atque ut summam dicam, per hanc fabulam significare voluerunt antiqui sapientem virum in utraque fortuna oportere se moderatè gubernare, & ad omnes difficultates inuictum consistere, cum reliqua multitudo tanquam leuissima nauis lucillae fluctibus defetatur, & quocumque ventorum inconstantia impulerit: quare mutati fuerunt in beluas Vlyssis socij, cum ipse inuictus ob sapientiam, quæ verè est Dei munus, persistit. Ego Vlysses rationis participem animæ nostræ partem esse crediderim: Circe esse naturam: Vlyssis socios animi facultates conspirantes cum affectibus corporis, ac rationi non obtemperantes. natura igitur est appetentia rerum illegitimarum. nam recta lex retinaculum & frenum est deprauati ingenij, cum deceat existimare beluas, illas facultates. at ratio quæ nos facit vna Deo similes, inuicta aduersus eas illecebras appetentiae persistit. At nunc dicatur de Medea.

De Medea. CAP. VII.

MEDea verò filia fuit Ætæ Colchorum Regis & Idyæ sicut testatur Hesiodus in Theogonia in his:

Αἴης δ' ὕδρ' φασί, μῦρόν τε ἠ' ἰλίοιο
κέρων δ' αἰαίοιο Πληστός ποταμὸς ἰδ
γῆν, εἰδὼν βελήσιν, ἰδὲ καὶ καλλιπέρην.
ἢ δ' ἰν' αἰνὴ δ' αὖτ' ἰν' οὐφύρον ὅς φιλότητι
γάμον ὑπὸ μιν ἔσται διὰ χρυσὴν Ἀφροδίτην.

Ætæ uxorem duxit de semine clari

Progenitum Solis, natam de semine magni

Oceani Idyiam pulchram: sic fata iubebant.

Inuicta in amore parit Medeam deinde puellam

Praestantem formæ: iunxit Venus alma maritum.

Fuerunt enim Aloëus & Ætæ Solis filij & Antiopes, è quibus cum Ætæ imperio paterno minimè contentus in Colchos profectus esset, Corinthi regno paterno Buno Mercurij filio interim permissio, Idyiam Oceani filiam in Cytra Colchorum ciuitate duxit, è qua Medeam & Absyrtum suscepit. Alij tamen putant Absyrtum maiorem natum fuisse Medea, quem ex Caucasio Asterodia Oceani & Tethyos filia Ætæ suscepit, inter quos fuit Epimenides, quem Absyrtum propter

formæ præstantiam Colchi Phæthontem cognomine appel-
larunt, vt scripsit Sossibius & Timonax in rebus Scythicis. nam
Sol pater Aloeo regionem in Arcadia, at Æetæ filius Corin-
thum habitadum distribuit. Æeta dedit Buno regionem & vr-
bem seruandam minoribus, si qui postmodo ex se nasceren-
tur: in autem, Bunus ipse regionem haberet: atq; ipse Æeta se-
cessit in Colchidem, vbi regnavit, vt ait Eumelus poeta histo-
ricus, vt paruit superius è versibus ipsius Eumeli. Æeta sorores
Pasiphaen & Circeen habuit, & vt putarunt alij, Calypso, vt dixi-
mus. huius genus ita Cicero attigit li. 3. de natura Deorū: Quid
Medæ respondebis? quæ duobus auis Sole & Oceano, Æeta
patre, matre Idyia procreata est. Quid huius Absyrto fratri, qui
est apud Pacuuium Egialeus? quare & Eurip. in Medea Solem
patris Medæ patrem inquit hoc pacto:

ὄμνυ τῆς γῆς, πατὶρα δ' ἡλίου πατρὸς
τοῦ μοῦ.

*Iura per terram solemque qui patris pater
Mæ fuit.*

Euphorion & Andron Teius in nauigatione Hecates filiam
fuisse Medeam arbitrati sunt. at Heraclides Ponticus Neææ
vnius Nereidum filiam fuisse scripsit. Alij Eurylyten matrem
Medæ dixerunt fuisse, inter quos fuit Dionysius Milesius.
quidam Angitiam sororem Medæ addiderunt, quæ Marfos
docuit remedia contra venena. Quid tamen in Epistola He-
lenæ Ipsææ filiam illam scribit, sororemque habuisse Chal-
ciopen, vt est in his:

*Nō erat Æetes, ad quem despecta veniret,
Non Ipsæa parenti, Chalciopæque soter.*

Apoll. libro 3. Argonaut. Medeam vocauit ipsam etiam Æe-
am, vel quia Circeæ artibus vteretur, vel quia perniciosa extite-
rit compluribus. Fama est enim illam Iasonis amore captam,
patrem & patriam & regnū prodidisse: Nam cum Iason cum
lectissima Thessalorum manu Pelic iussu in Colchos nauigaf-
set ad aureum vellus capiendum, periculorum magnitudinem
verita Medea, ne iis Iason obrueretur, fecit data sibi fide quod
eam uxorem duceret, vt per magicas artes vini periculorum
Iason nullo negotio superauerit, & aureum vellus tuto aufe-
rendum acceperit. Fuerunt qui dixerint Æetam Medæ pa-
trem grauisimè tulisse Iasonis victoriam, quare conuocato
conci-

concilio per noctem consilium de vrenda Argonauti proposuisse. Illud cum cognouisset Medea, dicitur per obscuram noctem confugisse ad Argonautas, consiliumque patetnum de comburenda naui, & de trucidandis omnibus Argonautis patefecisse: quare statim illi arrepta secum Medea insidiarum indiet aufugerunt. Alij dixerunt Æetam post superata aurei vellens pericula Argonautas omnes ad lautissimum conuiuium inuicasse, illo tamen consilio ut omnes mensæ assidentes clam & per dolum trucidaret. Tunc verò Medeam partim atrocitate facti commotam, partim amore ac desiderio ipsius Iasonis captam, paternum consilium Iasoni aperuisse ubi confugisset ad naues. Alij ad promittendū aureum vellus illuc contendisse illam maluerunt. Dionysius Milesius scripsit illam aureum vellus ad nauem attulisse, atque vnā cum Argonautis vltionem patris deuitantem aufugisse. Antimachus libro tertio Argonauticorum Iasonem cum Medea in nemus Martis consecratum clam contendisse inquit ad aureum vellus capiendum. Mox cum frater Absyrtus illam insequeretur, fertur illū comprehensum iuxta Absyrtides insulas necasse, ut ait Strabo libr. septimo. Alij tamen dicunt, inter quos fuit Acusilaus, Medeam fratrem secum abduxisse, & cum instaret pater persequēs eum discerpisse ibi, ubi vrbs postea condita Tomos ab ipsa sectione vocata est: atque in eminenti scopulo manus & caput in Ponto exposuisse, reliqua membra in regione illa sparsisse, ut patris cursum retardaret. quam sententiam ita secutus est Ouidius in lib. 3. Tristium:

Atque ita diuellit, diuisa que membra per agros

Dissepit in multis inuenienda locis.

Ne pater ignoret, scopulo proponit in alio

Pallentesque manus, sanguineumque caput.

Ut genitor luctuque nouo tardetur, & artus

Dum legit extinctos, triste retardet iter.

Ex Cicero breuiter attigit pro lege Man. Memoriz prodidit Dionysius Milesius, quod ipse Æeta Argonautas insecutus fuit, atque heroes in ripam fluminis exeuntes iaculis decertarunt. Æetæ comites ubi pugnarent ex equis, Iphis Scheneli filius, fraterque Eurysthei præter alios in eo certamine cecidit, at Colchis in fugam versis Absyrtus captus deductus est in nauim, ut ait Pherecydes libr. septimo: quem postea membratim diuisum

deiecerunt. Hunc tamen intra domum Æetæ iugulatum fu-
 ille quidam memorant Medæ consilio, ne illam postea per-
 sequeretur, cum patrem segniorem utpote iam senem non ita
 formidaret. atqui maximam vim extitisse Medæ memorant:
 quippe cum magicæ artis esset peritissima, ut ab Hecate edo-
 cta, ut asseruit Apollon. libr. 3. omniaque pharmacorum ge-
 nera cognouerit, quæcunque ex terra oriuntur. Idcirco dicta
 fuit flumina in suos fontes tetorisse, sidera deduxisse de cælo, &
 alia complura mirabilia fecisse, quæ ita recensuit Apollonius:

κέρη τις μαράροισιν ἐνὶ τρεῖσι φησὶ δαίτῳ,
 τῶν ἐκείτῃ πείρα λαβὴν δ' αἰτεῖ τε χηρὰν ὀδὸν
 φάρμαχ' ὅσ' ἤπρεός τε φύκι καὶ νήχυν τὸν ὕδωρ
 τοῖσι καὶ ἀκαμάτοιο πυρὸς μέλισσας αὐτῶν,
 καὶ ποταμὸν ἰσχυρὸν ἄφαρ καλὰ δ' ἐνὰ ῥέοντι,
 ἄς ῥά τε καὶ μήνιν ἱερῆς ἐπὶ δόσιν κελβόαντε.

Fertur in Æetæ penetralibus esse puella:

*Hanc Hecate docuit super omnes phar-maca, quotquot
 Vel pontus, vel terra tulit: mollescere flammæ,
 Indomitosque ignes docuit: fluminaque rapaces
 Firmavit, quamvis properanti flumine currant:
 Sideraque, & Luna cursuq; viasq; ligavit.*

Nam tanta vis fuisse magicæ artis tradiderunt antiqui, ut syl-
 væ transferrentur, & segetes, & mortui reviviscerent, & mu-
 gitent lapides, ut scripsit Ouid. lib. 14. Metam. de Circe, in his:

*Exilnere loco (dictum mirabile) sylva,
 Ingemuitque solum, & vicinaque palluit arbor,
 Sparsaque sanguineis rubuerunt pabula gutta,
 Et lapides & si mugitus edere rancos,
 Et latrare canes, & humus serpentibus atrum
 Squallere, & tennes anima volitare videntur.*

Et eadem recensuit de ipsa Medæ in epistola Hypsipyles:

*Illæ relucantem cursu deducere Lunam
 Nutiunt, & tenebris abdere Solis equos.
 Illæ refranat aquas, obliquaque flumina sistit:
 Illæ loco sylvas, & sinuque saxa movet.*

Hæc eadem ubi superatis ab Iasone periculis patrem & pa-
 triam reliquisset, & Iasonem secuta in Lemnum applicuisset,
 Lemniadum mulierum zelotypia capta pharmacum quod-
 dam in Lemnum iecisse dicitur, quod gravem odorem fœmi-
 nis

nis eius loci impressit, atque mansit postea illa consuetudo diu-
 tius, ut & filius & maritis stato quodam anni die Lemniades
 grauiolentes viderentur, ut in primo libro rerum Lesbicarum
 scripsit Myrmilus: cum alij tamen Veneris facinus illud fuisse
 maluerint, ut sensit Himeræus Stesichorus. Quia ille parum vi-
 se fuissent Venerem curare, aut diuinos honores Deæ tribue-
 re, illa fecit uti viris ob grauitatem odoris essent inuisæ, quos
 etiam per insidias trucidarunt. deinde appellentibus ad insu-
 lam Argonautis cum his congressæ sunt, qui nati sunt ex ipsis,
 in Lacedæmonia mox ad parentes penetrarunt, ibique admissi
 insidias Lacedæmonum libertati struxerunt, atque capti & in
 custodias traditi, deinde matrum aduentu muliebribus vesti-
 bus induti è custodiis & ex imminente periculo euaserunt.
 Primum autem fuit Medææ crudelitatis indicium, quod fra-
 trem (ut diximus) discerpserit: cuius membra alij humi sparsa,
 alij in mari dissipata dixerunt, ut tardior patris cursus ipsam
 insequentis efficeretur iis colligendis. ossibus igitur Absyrti
 collectis Ætæa Colchos misit, qui insequerentur: at illi Erida-
 num, & Syrtides insulas, & Sirenas prætergressi in Phæaciam
 denique ad Alcinoû Regem deuenere, cuius vxor Arete Me-
 deam Iasoni coniunxit, ac duodecim seruas illi tradidit, cum
 sequentes interea cessassent, quorum alij iuxta Ceraunia, alij
 in linu Illyrico, alij Absyrtides habitaturi consedisent. Timo-
 nar libro primo rerum Sicularum scriptum reliquit Iasonem
 in Colchorum regione rem habuisse cum Medea, quam ab
 Ætæa patre in matrimonium acceperat: quare & intra Pon-
 tum in ea regione horti quidam ostendebantur, qui vocati
 sunt horti Iasonij, in quem locum è naui primum egressus est,
 vbi erant disci & gymnasia, & Medææ thalamus, in quo nuptui
 data est. At verò scriptum fuit à Timæo in secundo rerum Ita-
 licarum Medeam Corcyræ nupsisse Iasoni, quare ad suam vs-
 que ætatem morem illum perdurasse, ut in Apollinis sacello,
 quod erat ibi extructum, sacrificaretur quotannis, in quo pri-
 mum Medea sacrificauit post nuptias, cum sacellum & aras ibi
 duas extruxisset, quæ forent illarum nuptiarum monumen-
 tum vel apud posteros. fuit autem illud non procul à mari, ac
 proximum ciuitati, quarum ararum altera nympharum, alte-
 ra Nereidum vocata fuit. Deinde Argonautæ Syrtes & Sirenes,
 citharam pulsanter Orpheo, & Scyllam & Charybdim & Cyz-

neas & errantes petras præteruecti in Thrinaciam deniq; per-
 uenerunt, ubi Solis boues pascebantur. mox Cretam præterna-
 uigantes, & Æginam, & Locridem, in Iolcum deniq; veniunt.
 Quidam addiderunt Peliam didito rumore quod omnes Ar-
 gonautæ periissent, captata opportunitate omnes qui poterant
 aspirare ad regnum obruncale: patrem Iasonis Æsonem coe-
 gisse bibere taurinum sanguinem, quod factum est inter sacri-
 ficia; fratremq; Promachum puerum tenerum iugulasse. aiunt
 Amphinomen matrem confugisse in domum regis, quem ubi
 ob perfidiam obiurgasset, dixissetque futurum ut Deo acer-
 bissimas pœnas daret, gladio sibi pectus fortiter transfixit, &
 periit. Iason ubi noctu in sinum Thessalię nauigasset non pro-
 cul ab Iolco, ubi tamen ex urbe conspici non posset, his rebus
 omnibus per exploratores cognitis auxilium optimatum Ar-
 gonatarumque in uitium tantæ improbitatis clam expe-
 tit. Vbi consuleretur, variarque propositæ essent sententiæ,
 quod aliis urbs repente inuadenda esse videbatur, alij censebant
 auxilia viritim domo esse accersenda, bellumque non per in-
 sidias, sed per apertam virtutem esse suscipiendum, quod non
 apparebat urbs à quinquaginta & tribus heroibus tantum
 populosa & ampla præsertim posse capi; Medea uitium ru-
 tiorem sibi per insidias ac per occulta pharmaca depoposcit,
 conficit itaque idolum Dianæ concauum, in quo omnis ge-
 neris pharmaca occultauit, atque suos capillos ter inunctos
 canos fecit: faciem quoque & corpus rugarum plenum for-
 mauit, ut anus omnibus propè edentula videretur. Deinde ca-
 piens Deam paratam mirum in modum ad vulgi superstitio-
 nem, irrupit manè in ciuitatem tanquam numine afflata, po-
 pulumque cohortata est vndique ad nouum spectaculum
 concurrentem ut Deam reuerenter exciperent, quæ propitia
 urbi ac regi ex Hyperboreis aduentasset. Urbe vniuersa ad cul-
 tum & sacrificia conuersa, in regiam Dea accessit: atque cum
 Pelias & eius filiar credidissent felicitatem à Dea sibi datum
 iri, ipsamque Deam aduentasse, quoniam visa est Diana à dra-
 conibus vecta in aere superuolasse multas orbis partes, ut ac-
 cidunt prodigia, omnes reuerenter eam complexi sunt. De-
 inde verò Medea sibi iniunctum à Dea esse dixit, ut regem se-
 neſtute spoliaret, ac iuuenem faceret: & multa alia munera,
 quæ ad felicitatem & pietatem patris spectarent, largiretur.

CUM

cum inusitatus sermo Medæ & admirabilis Pelix visus esset, fidem adhibuit, statuitque ut efficeretur quidquid ea diceret, ac virgo res ad exitum perducere volens, cum iussa esset una ex filiabus Pelix aquam puram afferre, continuo ait. Illa in thalamum se recipiens tanquam totum corpus lauatura omnes vires pharmacorum accommodavit in aptum ordinem, quare admirantibus presentibus omnia quæ ab ea dicebantur credita fuerunt. nam ita finxit quædam idola, ut appareret Diana per æra volans à draconibus vecta ex Hyperboreis in hospitium excipi à Pelia. Illud inuentum cum supra humanum ingenium appareret, credidit omnino Pelias, imperavitque filiabus uti quæcunque illa mandauisset, solæ exequerentur, cum non conveniret donum Deorum per manus serviles regi accipere. Nocte igitur Pelia dormiente, inquit Medea opus esse corpus Pelix in lebetæ coquere. quæ verba cum virgines ægrè admitterent, additum est experimentum ad dictorum credulitatem arietis in agnum eadem arte conuersi, qui membra tum cæsus fuit & coctus cum quibusdam herbis. nam & reuixit & balare ac saltare præ lætitia visus est. Res ita credita est, & senex à filiabus, ob credulitatem factis surdis ad misericordiam precesque paternas, in frustra dissectus. sola Alceste fuit ab illo scelere tam foedo incontaminata. Cum senex ita trucidatus iaceret, inquit Medea non prius esse coquendum quam sacra quædam Lunæ fierent, iussitque ut filix cum accensis lampadibus supra tectum ascenderent, quod ipsa Colchica lingua preces quasdam ad Lunam esset factura. nam illud lampadum signum accensarum supra regiam erat datum indicium, ut conuenerant Argonautæ, quod res esset iam perpetrata. Heroes rati id quod erat, cæsum esse regem, magna celeritate ad urbem procurrunt, strictisque gladiis urbem ingressi resistentes custodias regias obruncant. Filix Pelix cum neque vlcisci cognitam fraudem possent, ad quem coquendum iam descenderant, neque regiam tueri, quæ armatis iam esset plena, capte sunt humaniter ab Iasone, qui dixit se scire illas immunes esse à parricidio, quia spe felicitatis ac deceptæ patrem trucidauissent. Acasto Pelix filio regnum paternum concessit, filiasque primariis proceribus in matrimonium dedit. Nam Amphinomen Andremmon duxit, Alceste Admetus Thessalus, Eadnen rex Cariæ Phocensium. His rebus ita transactis Iason

in Isthmum profectus petactis solennibus Argo consecrauit Neptuno, atque in gratiam Creontis Corinthiorum regis admittit tantum autoritatis est consecutus, ut vna temp. gubernarit quoad vixit. His addiderunt quidam conuocatos esse ab Hercule Argonautas, ut foederationem inirent inter se, si quis praelium aduersus aliquem illorum susciperet: qui ubi coniu-rassent de foedere, statuerunt in omnem euentum hunc locum ad colligendas copias esse accommodatum, qui erat Eleorum ad fluvium Alphium, quem etiam Ioui Olympio consecra-runt: ubi prius equestre & gymnium certamen fuit institutum, ad cuius celebritatem infinita propè multitudo nobilium con-fluxit. Non defuerunt tamen qui dixerunt Medeam simulato odio Iasonis, quòd ab eo sperneretur, ad filias Peliae confugisse, inter quos fuit Polycrates Samius, idque factum eo consilio, partim ut cædem propinquorum Iasonis per illas insidias vindicaret, partim etiam ut viam Iasoni ad regnum aperiret. aiunt non patrem quidem fallacis Medæ assensisse, sed à filiabus persuasum esse, quas Asteropeam & Autonoea nominant præter Alcestem. Alij dicunt proprio desiderio esse impulsas, ut parentem senem ac debilem paterentur medicamentis iuuentuti restitui, qui posset postea & regnum diu retinere, & omnes iniurias propulsare. id ut crederetur, aries iugulatus dedit experimentum. filiae Peliae his fraudibus Medæ mirificè credentes Peliam in frustra dissectum in feruentis aquæ lebo-tem Medæ immittendum concedunt, atque post multam e-bullitionem ita solutum corpus recepere, nihil ut reliquum fu-erit quod posset sepulturæ mandari. quam rem ita breuiter at-tigit Ouidius in Medea his carminibus:

*Quid referam Pelia nata pietate necentes,
Cassaque virginea membra paterna manu?*

Eodem tempore Iason Corinthi commoratus Glaucam Cre-ontis Regis Corinthi filiam uxorem duxit, omnium benefi-ciorum, quæ à Medea acceperat, oblitus. Id grauitè ferens Medea Glaucam postea & Creontem combulit, ac proprios filios Molorum & Pheretem, quos ex Iasone susceperat, ferro absumpsit, vel ut alij maluerunt Merimnum, non Mory-mum, ut alij, Merimyum. Quamuis non defuerunt qui Medam etià & Eriopen filiam & Polyxenum à Iasone susceptos fuisse de Medea narrent. Est enim omnium morborum, omniumq;
agitu-

agritudinum grauissima zelotypia, omniq; furore potentior,
de qua ita scripsit Archias:

ἔτ' ὅσον ὅδ' Ἀθάμας ἐπιμήνατο παῖδι Λαέρχεϊ,
ἔατον ὁ Μνηστῆρς θυμὸς ἐτακνοφόρῃ·

ἔ' ὅλας ἐπεὶ ματινὸς μετ' ὀφθαλμοῖς, εἰδὲ φονεύει
μήτηρ, ἂν τίνιν αὖ πῖσις ἔτ' ἐστὶ τίχωνται;

Non furor in miserum egit sic Athamanta Learchum,

Medeam in natos sauium ut egit amor.

Stultitia grauius sit amor, malum & acrimus, at si

Nulla fides matri est, pignora quis foueat?

Alij dixerunt pepulum fuisse venenis infectum à Medea ad no-
uam nuptam missum, quo statim induta valido igne correpta
conflagrarit, vt ait Apollod. lib. 1. Bibliothecæ. illo autem igne
correpta Glauce se postea in fontem quēdam ad ardorem ex-
tinguendum coniecit, qui fons ab illa deinde vocatus est Glau-
ce. Alij dixerunt scrinium perexiguum cum igne inextincto
incluso missum fuisse ad filias Creontis per paruulos Medee fi-
lios: quod cum illæ aperuissent, tanta euolauit vis ignis, vt to-
tum palatium conflagrarit, vt testatur Dailochus in Cyzici e-
uersione. Alij putarunt id non scrinium fuisse, sed vestem & co-
ronā auream naphtha perunctas, quib. ab igne visis ob ignem
attractum vniuersa regia cōflagrarit. Nam quæ naphtha vn-
cta fuerint, si vel ab igne vel sole videantur, cōtinuò igne cōce-
pto omnia sine remedio vllō comburunt, quæ vicina fuerint.
Huius pharmaci cum autor fuisset & inuentrix Medea, iure
ignis Medee pharmaciū illud dicitur, quod ardorē per mem-
bra epotum diffundit, ita vt nulla arte possit leniri: de quo ita
meminit Nicander in Alexipharmacis:

ἔνδ' ἡ τὰ μέγ' ἦντο καλ' χηίδες ἰχέομαιεν πῦρ
καὶ το ποτὶς δ' εἴηται ἰσχυρὸν, ὃ παρὰ χεῖλ
διεσπῖτε δ' ἐσθλὸς τοῦ ἰσχυροῦ ἐνδ' οὐ κτηνός.

Quod si Medea sumantur Colchidis ignis

Pocula ephemera, & labris pruritum in ossa

Cum sudore fluit, nulla medicabilis arte.

Nam non solum in vngendis rebus, sed in potu etiam occul-
tam vim ignis includere, Medee fuit artificium. Pharmacum
hoc alij ephemerium vocarunt, inter quos fuit Demetrius Sce-
psius, quia manē iuxta Tanaim flumiū tantum apparuerint
herbæ illæ, quæ illi componendo sunt necessariae, per medium

diem sunt auctæ, vespere areseant. alij vocarunt Irim illam herbam, & pharmacum, alij Pharicum, alij naphtham. Nec defuerunt qui ephemerium vocatum putent, quia vnum diem præterire non possint qui pharmacum illud potauerint. Atqui ut sensit Diphilus Siphnius, folia quercus auxiliū inuentū postea fuit aduersus id pharmacū, & non leue remediū, si lac bubulū biberetur, in quo illa maduerint, vel rami sanguinarix, vel radix cæsa in lacte elixata, vel maceratorū malorum aut cydoniorū liquor, vel myrtorum stypticarum, vel capreolorū vitium, vel ramorū rubi, vel folia ierpylli cocta in liquore intestinorū ferulæ, vel Sardianarū nucum, vel medulla ferulæ, vel læue origanū. Hæc enim hausta compertū fuit non mediocriter esse medicamentū aduersus id pharmacum, ut ait Nicandri enarrator, qui Diphili sententiam expressit. Scriptum reliquit Plutarchus in Alexandro fieri pharmacum id quo pallium coronamque Medea perunxit, è bitumine præcipue, cuius magna copia apud Babylonios nascitur in Ecbatani: cuius illa est natura ut ignem longinquū attrahat, mediumque aera inflammeret. fama est apud nonnullos Mortuorum ac Pheretæ Medæ filios, quod illa munera attulissent, fuisse à Corinthijs lapidibus obtutos: quorum sepulchrum apud Odeum vocatum ostendebatur, ut ait Pausanias in rebus Corinthiorum. Fecerunt tamen qui illos incolumes ad matrem reuertisse memorent, sed Iasonis odio, qui Glaucam duxisset, fuisse disceptos. Non defuerunt qui ab his longè diversa senserint, quorum sententia fuit, quod Iason è Medea Thessalum & Alcimenen suscepit Corinthi, & multo post Tisandrum. dicunt eum deinde captum amore Glaucae filie Creontis, ut Medæ forma iam euanescente, conatum esse persuadere Medæ ut æquo animo ferret si illam virginem esset ducturus, quia affinitatem regiam sic filiis compararet. nolens iussa est abscedere Medea, quæ diem vnum ad parandam fugam, colligendaque impedimenta poposcit, ac per noctem murata forma regiam ingressa flammis omnia absumpsit. alij dixerunt filios Medæ dona tulisse, quibus (ut diximus) conflagrauit. quoniam Iasonem vlcisci nullo pacto posset, filios communes iugulauit, ut eo saltem dolore illum affligeret, quibus actis per noctem effugit Corintho Thebas ad Herculem sponsores seruandorum promissorum Iasonis. Thessalus qui clementis manus maternas è cæde fratrum effugerat, edictis

et

est Corinthi, atque in Iolcum patriam Iasonis mox recessit, populosque Thessalos de se, cum nactus esset imperium, nuncupavit. Quidam dicunt Medeam Thebis Athenas profectam Ægeo peperisse filium Medum nomine, à quo Media fuit vocata, cum illi regioni imperavit. Alij dicunt non ex Ægeo, sed ex alio quodam rege Medum genuisse, qui cum sapienter imperaret, inivit ut Media de suo nomine ad sempæternam memoriam diceretur. Alij dixerunt Buno defuncto Corinthium Marathonis filium in regnum successisse, quo etiam mortuo Corinthios Medeam ex Iolco in regnum vocasse. Hæc cum regnum Iasoni concessisset, filios ex eo peperit, quos in Iunonis fano occultabat, quia speraret illos se immortales facturam: quod cum rescivisset Iason, ea relicta Iolcum reuertit, deinde & ipsa permissio Corinthi imperio Sisypho, dicitur peregre fuisse profecta. Memoriam prodidit Apollodorus libro primo, Medeam post crematam Creontis regiam euntum à draconibus tractum à Sole accepisse, & contendisse Athenas, ibique nupsisse Ægeo, quæ cum insidias machinaretur Theseo, Athenis aufugere coacta est. Quidam addiderunt filium fuisse natum etiam illi ex Ægeo, qui Medus diceretur, à quo vocata est Media, cui regnum Athenarum ut perveniret curabat, cum Theseo insidias tetendisset: quibus patefactis coacta est cum filio in Ariam Asiæ partem tunc vocatam profugere. Quidam malunt Polyxenum fuisse filium Medæ & Iasonis. Alij inquit Mermerum fuisse à leana laniatum venando. Alij dicunt Medum & Eriopen tantum ex Iasone Medeam concepisse. Deinde illam inquit in patriam reuersam, paternum imperium, quod is per fraudem propinquorum amiserat, cæso patruo Perse patri restituisse: atq; hoc non sine Iasonis auxilio fecisse, cui fuerat reconciliata. Vbi mortua sit, aut quo pacto, minimè constat. sed Ibyci tamen & Simonidæ fuit sententia, quod cum mortua in campos Elysios venisset, Herculi nupsit.

¶ Nunc quid hæc significant, perquiramus. Medea Ætæ Solis & Idyæ Oceani filia dicitur, quia Medea consilium sit, ut nomen ipsum significat. cum enim Sol æstatem & hyemem deducat, ea quæ vel ad victum, vel ad corporis tutelam spectant, prudenter procuranda sunt: hæc consideratio siue prudentia cum ad singulos pertineat, effecit ut Idyia mater sit Medæ: nam

Idyia quasi ἰδύα dicitur, cognoscens scilicet, quia cognitio mater sit consilij. Iason cum medicum siue medicinam significare possit, ἰατρός ἢ ἰατρία à medendo dictus, secum Medeam abduxit. quid hoc significat? quod qui medicinam animo suo sit adhibiturus, quæ prudentia est, ut vir bonus, & sanæ mentis, & prudēs efficiatur, omnia reliqua paruifaciet vel carissima. Qui enim voluptatum desiderium, è quo natus est, non neglexerit, qui parum honestam & effrœnatam appetentiam non discerpserit, ille nihil admirabile, nihilq; gloriosum potest committere: quare dicta est Medea filios & fratrem discerpisse, & patriam reliquisse, ut Iasonem sequeretur. Is igitur qui verè fuerit sapiens, facile fideribus ad libidines inuitantibus dominatur, & trabētibus ad turpitudinem cupiditatibus moderatur: quare Medea, siue consilium, dicta est Lunam & stellas de cœlo deducere solita, & cupiditatū fluuios sistere, & plura, quæ multitudini videbantur admirabilia, facere; quæ certè reapse nullo tempore contigerunt, ut testatur Ouidius in medicamine faciei:

Nec vos graminibus, nec misto credite succo;

Nec tentate nocens Circei amantiæ aqua.

Nec media Maris finduntur cantibus angues;

Nec redit in fontes Unda supina suos.

Et quamuis aliquis Temesæa remouerit ara,

Nunquam Luna suis excutietur equis.

Nec defuerunt etiam qui Medeam artem esse dixerunt, Circes siue naturæ sorotem: quoniam ars pro viribus imitatur naturam, tanto magis laudabilis, quanto magis ad similitudinem accedit. harum vtriusque Sol est pater, quoniam nihil sine diuina ope rectè fieri potest, quæ est animæ vis in nobis diuinitus impressa. nullum enim bonum est aut in rebus his, aut in nobis, quod Dei liberalitati ac magnificentiæ non debeat. Hæc eadem ignem, & incredibiles inuidiæ ardores in animis maleuolorum excitauit, fecitque ut non paruo dolore torquerentur. Neq; vlla est sanè prudenti viro vel sanctior, vel tior, vel honorificentior vindicta inimicorum, quam si quis iustum prudentemque se ad omnia negotia præstiterit, rectaq; animi moderatione in omnibus usus fuerit. Quod si quis vel illegitimarum voluptatum, vel auaritiæ, vel crudelitatis laqueis se implicari patiatur, quo pacto ab eo consilium capto curru & alatis

tis

eis draconibus non quàm citissimè auolauerit? nam cum Medea sit Solis neptis, significat prudentiã in nobis pro aeris temperie, & pro vi radiorum illius genitam: siquidem plurimum confert ad prudentiam temperamentum corporis, quod modò ex aeris impressione, modò ex educatione, modò ex cibis, modò ex regionis quam habitamus natura incrementum caput. Hæc excogitarunt antiqui cum hac mirabilitate rerum gestarum, finxeruntque illa quæ dicta sunt de Medea, ad animi moderationem, & ad rectam institutionem vitæ nos adhortantes. Alij sceleratam & libidinofam feminam esse crediderunt Medeam, quippe quæ ob furiosum Iasonis desiderium, immoderatamq; libidinem parentes, & regnum, & patriam prodiderit, & ignotū, & fallacem, & impostorem, & acceptorum inimiciorem hominem sequeretur. Hanc Medeam vocatam fuisse memorant, quia omnibus artibus conata sit Iasonis amorem in se vertere. sic enim scriptum est apud Diphilum:

ἢ γὰρ φαρμακίστρια
 καὶ καλέουσιν, ὅτι κατ' ἐμῶν το τὶ χρεῖ.
 Medea vocata est

illa, senescit quod fraudes repperit omnes.

Hæc dicta est senes nonnullos iuventuti restituisse per herbas & ignem, quia in sui desiderium vel senes attraxerit artificiosè, feceritque ut tanquam iuvenes imprudentes & impudentes essent. Hanc in omnia crudelitatis lasciuiaque facinora delapsam faciunt; & ideo paulo post in omnes difficultates & miseras, & in omnium odium incurrisse, quia nemo impurus diu felix esse possit, cum solius virtutis opus sit felicitas illa quæ in rebus humanis reperiri possit, cum scelerum omnium denique finis & opus sit poenitentia & calamitates & miseriae. omnes enim improbi, infelices. ea de causa Medea denique in desperationem adducta, ita secum præteritorū scelerum magnitudinem, & futura ex illis pericula ratiocinatur, ut est apud Senecam Tragicum:

*At quo remittis? Phasim & Colchos petam,
 Patriumque regnum, quaq; fraternus eruar
 Persudis arua, quas peti terras iubes?
 Quamaria monstras? Pontici fauces fratris?
 Per quas reuexi mobiles Regum manum,*

Adulterum secuta per Symplegades.

Parnam ne Iolcan, Thessalia an Tempe petam?

Quascunq; aperui tibi vias, clausi mihi.

Est enim (vt diximus) omnium difficillimum sceleratum hominem esse diu felicem. Sed siue consilium prudentiaque Medea sit, siue malefica mulier, per eius fabulā nos antiqui ad probitatem & ad integritatem instituere conabantur. cum verò in patriam reuersa fuisset, patriq; regnum recuperasset, ibi honores diuinos illi instituerūt indigenæ, quibus interesse hominibus iure sacrificiorum non licebat, vt scripsit Staphylus, ob eas iniurias quas à Iasone acceperat: at neq; templum villo tempore ingredi. ac nunc de Iasone dicamus.

De Iasone.

CAP. VIII.

PER NECESSARIUM mihi videtur, antequā Iasonis res gestas cōmemorem, exordium eius stirpis altius repetere, ac recensere quibus causis cōmotus cum lectissimis Græciæ heroibus ad externos homines, & longinquas nationes nauigari, cosq; labores pertulerit, qui vel auditu sunt non mediocriter formidabiles. Nam vix vllus præter Hercule monstrorum omnium acerrimum domitorem; & Theseum, qui ad eiusdem Herculis imitationem multos latrones atque maleficos homines de medio sustulit, & eadē genera suppliciorum, quibus hospites torquebant, coegit subire; & Vlyssē, qui per infinita atque intolerabilia pericula & ipse penetrauit, & multos eius socios in illis amisit: vix vllus alius inuenietur, qui tantam virtutem in rebus arduis præ se tulerit. Ita verò se res habet, sicuti Pherecydes sensit: Tyrtho filia fuit Salmonei & Alcides à Cretheo educata fratre Salmonei. Hanc vbi Neptunus compressisset geminos peperit filios Peliam & Neleum, quos nouerca postea matris in armentorum stabulo exposuit. illi cum adoleuissent, matrem cognouerunt, matrisq; noueram in Iunonis fanum fugientem trucidarunt. Tum Neleus exorta dissensione cum Pelia Messenen contendit, ibique Pylium condidit. Nam tres fuerunt Pyli, in Peloponneso, ad Alpheum fluium in Elide, & Triphylica, vbi fluius Amathois, & Messenæ ad Coryphasium. at Pelias in Thessalia Acastum, & Pelopiam, & Hippothoen, & Pisidicen, & Alcestem ex Anaxibia

xibia